391

Nondum.

Detmoldii ipsis Nonis octobris Aº cIↃ IↃC LXVIII —

237

Admodum Reverende ac Celeberrime Domine Doctor —
Cognate ac Patrone in Jesu Christo Filio Patris uni=
genito semper amantissime, nunquam non Colende —

Ad ultimas meas peroptatum responsum Tuum nondum accepi,
quamvis illud Bremam jam destinatum esse ominer, neq concedere
Te posse, ut sententia ac nutu Tuo priver in quæstione proposita
de præscientia ac prævisione Dei illarum actionum, quæ
se objective ad illam habebant in protoplastis; Nam cum certa
ea insuper sit ac infallibilis, neq æquum quoq Tibi videri poterit
rationiq[ue] consentaneum ex parte Dei posse dici illum præcepto nu-
execrando illum in illis voluisse explorari, adeoq parallelam qui=
dem esse scripturam atq bene quidem convenire, modum illum illius
quidem esse supra captum hominis Ps 139 v. 6. verum non supra
Dei, ut cui in actionibus certis explorationis terminus transcendit, qui
id revera voluit, ut filius ejus unigenitus esset mediator hominis lapsi,
ab æterno ad id non solum permissivo (ut responderet distinctioni hactenus
usitata, de permissione peccati non revera volendo, quasi qui permittit,
non velit) sed ut in executione patet, liberrimo, certo ac positivo decreto
ordinatus, neq prius opus habuisse ordinem decretorum intuisse, prouti no-
bis is pro meliori intelligentia explicari consuetus, quippe cui omnia sunt
in instanti nota atq præsentia. Quæstionem hanc quidem fuisse multæ
litigationis causam, atq dissidii plurimi inter se dictos Catholicos, Augusta-
nos atq nostros reformatos, neq quam ante hæc componat illos inter se
componi posse perpendenti patebit. Verum mi Venerande Pater ac Cognate
amantissime, nunquid non putas tanto id cessurum reipublicæ Christianæ
emolumento, si modus atq quidem talis ex scripturis abstrusioribus assignari
per bonam consequentiam ac exprimi posset, quo res hæc tota transigeretur,
ut præcedentibus literis partim insinuavi, quanto illa afflicta fuit dissi-
dentium litigio. Plura referrem necessaria tam scitu, quam lectu jucunda,
si ea Te imposterum audire velle nossem. Scriptum meum transmittere
impeditus sum, quod illud per totum revidere avocatus per interventum
hunc iter atq revocationem ad Serenissimam hanc aulam Lippiacam pro lubitu
in ea manendi, in qua, si quid officii Tibi præstare valuero, stabo pro
Tuis ad me mandatis. Cæterum quod rogem est, ut verbo adsis man-
datorio ac executorio penes illos, quibus solutio redituum cameralium
concredita est, ratione viduæ cujusdam ex hoc territorio ad vos profectæ,
quæ soror est Legati Hollandici pristini non ita pridem fato functi Con-
stantinopolitani, cui nomen fuit Levini Warneri, qui vitæ suæ tempore
viginti quatuor ni fallor millia imperialium apud florentissimam
vestram rempublicam Lugduno-Batavicam deposuit, quorum illa
partem suam debitæ quidem petitura est, verum ut ex consilio optimæ
intentionis

intentionis à me petito, interventorio Tuo mandato solutio impediatur, quo tan[illegible]
liberis opituletur in studiis suis vobiscum propagandis, atq; hoc necessarium [illegible]
ponatur ita per tertium quendam, atq; exeuntio à nostra parte ac filiorum ejusdem
studiorum suorum causa obtineatur. Sin, quod scripsi, publicorum ac privatorum ser-
vitiorum ex his partibus reciprocationem commisteris, ea quasi per me jam executa
exequenda censebis. Commendo Te porro gratiae Omnipotentis, atq; me [illegible] Tuo
favori, ac cum multa salute ad amantissimos ac amantissimas Tuas domesticas
cognatos cognatasq; optatissimas, pergo ut solitus es amare

Magnificentiae Tuae

Cognatum ac Filium Constantissimum ac Syncerum servum

Henricum Nordenholtium [illegible]

395

390

238

Vir c praeceptor
fuistis, non permittit
~~tere~~ ſepeliam: cujus
aliquam epiſtolam ad
ibui; ſed captanti

m constanti cultu atq. amore honoris nominisq.
ni. Dabam X Cal: Aprilis. Groningae. A. A.
addictissim
Elkanaus [illegible] us
C.F.

intentionis à me petit
libris opituletur in ſ
ponatur ita per tertia
ſtudiorum ſuorum ca
vitiorum ex his pa
exequenda conſibi-
favori, ac cum m

7

Admodum Reverendo, Celeberrimo ac
Eximio Domino, Johanni Coccejo, The-
ologo atq in Universitate Lugduno-Ba-
tavica Rectori Magnificentissimo, Do-
mino Cognato ac Patri in Jesu Christo
Filio Patris unigenito semper Colendissimo
aeternum Venerando –

Port voor de A[...]

Leiden

Lugduni Batavorum –

4